CAESARAVGVSTANA BONORVM, SIVE EMPHITEOSIS DE MARECA.

Iuris.

DEVOLVTIO Villæ de Mareca ad Ecclesiam Dominam directam videtur indubitata ex sequentibus.

Primo, quia Marchionissa de Moncayo, alienauit testamento bona dictæ Villæ in Patres Societatis, personas scilicet Ecclesiasticas, & priuilegiatas contra formã Inuestituræ.

Secundo, ob non solutionem Canonis, iuxta pactum in Inuestitura positum.

Tertio, ob diuisionem quorundam bonorum dictæ Villæ factam a Marchionissa pariter contra pactum Inuestituræ quod bona dictę Villæ non possent diuidi.

Et respectu primi capitis deuolutio videtur sine controuersia: cum enim exprese in Inuestitura caueretur, ne bona illa in emphiteosim data in testamento relinquerentur personæ alicui potenti, aut priuilegiatæ, Marchionissa illa reliquit Ecclesiæ Regularium, & sic factus fuit locus commisso; quia vltra quod de Iure communi emphiteosis Ecclesiatica non transit ad Ecclesiã, nisi Ecclesia Domina directa exprese volente, cum dicatur fieri deterior cõditio Ecclesiæ concedentis. *Doctores in Authen. ingressi.* C. *de Sacrosan. Eccle. vbi Albericus nu.* 24. *Baldus n.* 32. *Bartolus num.* 36. *Odofredus nume.* 10. *versi. alij tamen. Et Cinus num.* 18. Id maxime verum est, quando particulariter in Inuestitura prohibetur talis alienatio in potentem, & priuilegiatam personam. *Paulus de Castr. in dicta Authen. ingressi. num.* 25. *C. de Sacrosan. Eccles. vbi ait, quod reuertitur ad Dominum directum. Iason. in dicta l.* 2. *nume.* 200. *C. de Iur. emphit. vers. & quid si sit factum.* Canonistæ *in cap. in præsentia. de probat. vbi Abbas. n.* 70. *Speculator tit. de locato.* §. *nũc aliqua. versic. centesimo decimo sexto.*

Collegiũ autẽ est locus pius, & potens, consequenter ergo incapax. *glo. in c. potuit. in verb. prohibetur. de locato. Natta cons.* 49. *Gratus. cõs.* 80. *n.* 1. *li.* 1. *Speculator. de locat.* §. *nũc aliqua. n.* 142. *Ioa. Andr. in c.*

E *con-*

consuluit de Relig. domib. Abbas dicto c. in præsentia nu. 70. vers. & hoc. de probation.

Non obstat *Laderchius Imolensis cons.* 141. qui vult Ecclesiam de consuetudine (de qua testãtur DD. Speculator, Alexãder, & Iason ab ipso allegati) esse capacẽ legati rei emphiteoticæ, quia vltra quod nõ creditur Doctori de consuetudine attestanti, vt de communi ait *Parisius cons.* 31. *n.* 14. *Neuizanus cons.* 45. *n* 7. *& cons* 66. *n.* 31. *Bertrãdus cons* 4.5. *nu.* 6 *& cons.* 67. *n.* 5. *& consi.* 32. *lib.* 4. *Zasius in repetit. l. de quibus num.* 23. *vers. Item quid. de legib.*

Dato etiam, non tamẽ concesso, quod illis esset adhibenda fides, eis crederetur quoad consuetudinem loci, in quo consuluerunt, non autem diuersi loci, aut diuersæ omnino prouinciæ, qualis est Hispania; nam cum consuetudo sit stricti Iuris. *l. de quibus. vbi Doctores. de legib. c. fi. de consuetud.* non trahitur de Regno ad Regnum. *Ioan. Gutierrez de contract. Iurat. tit. de alien. rer. dotal. cap.* 1. *nume.* 72. *Petrus Santer. de assecurat. par.* 3. *n.* 7.

Et cessat omnis scrupulus, quia Laderchi⁹ loquitur in casu, in quo non erat expresse prohibitum alienare testamẽto: nos autem agimus de Inuestitura, in qua adest pactũ expressum, ne testamento Villa relinquatur; quo casu per pactũ redditur Ecclesia incapax, vt per Speculatorem tenet ipsemet *Laderchius dicto cons.* 141. *n.* 3.

Minus obstat, quod clausula prohibitiua alienationis contenta in Inuestitura prætendatur potius à Notario de stylo adiecta, quam de mente contrahentium, & consequenter debere mitiorem interpretationem fieri, cum non videantur contrahentes magnam vim in illo pacto fecisse: quia respondetur, quod imo debet præsumi adiecta de mente contrahentium, ad excludendum delictum, nam licet Notarius possit extendere instrumentum, & addere clausulas consuetas, quæ respiciunt solemnitatem Iuris. *Bald. in l. generaliter. num.* 2. *&* 4. *in fin. C. de fid. instru.* non tamen potest immutare substantiam facti. *Bald. in l. captatorias. nu.* 5. *C. de testam. milit. Iason in l. ex ea parte. num.* 3. *&* 6. *vers. quinto fortius. ff. de verb. oblig. &c.*

Ista autem clausula est quid facti, & magni momenti, & quãdoquê ponitur, quandoquê non, & sic allegans stilum, quod soleat semper apponi, tenetur id concludenter docere. *Ita in terminis de stylo tradit Socinus cons.* 36. *num.* 11. *lib.* 4. *Osascus decis.* 22. *num.* 3. *Cæsar de Grasis decis.* 7. *de probat. & in terminis de clausula apponi, vel non apponi consueta tenuit Rota in vna Acheruntina fructuum* 28. *Aprilis* 1581. *coram D. Seraphino.*

Vltra quod licet sine veri præiudicio cõcederetur, de stylo, Notarium solitũ addere similes clausulas, etiam si partes non cogitassent, non ideo tamen temperatur pœnæ rigor, vt excusetur alienans a caducitate, *vt in terminis tradit Iason in dicta l.* 3. *nu.* 29. *in fin. C. de Iur. Emphiteo. qui dicit esse text. in dicta l.* 2. *& facit, quod tradit idem Ias. in l. vt liberis. num.* 13. *&* 14. *C. de collat. & confert doctrina Baldi in Rubr. C. de reuocand. donat. quæ in fraud. cred.*

Mi-

Minus obstat, quod cum Collegium Societatis gaudeat omnibus priuilegijs concessis omnibus Religionibus, censeatur gaudere illo etiam priuilegio, quo Mendicantium Ordini conceditur, vt possit obtinere bona etiam emphiteotica, & fęudalia quouis titulo ad se peruenientia.

Quia cum in inuestitura particulariter cautũ sit, & pactum, ne bona ad personam potentem, & religiosam vnquam deueniant, priuilegia illa nõ possunt Collegio prodesse, cum priuilegia non derogent pactis, & conuentionibus particularibus contrahentiũ; nisi expresse de illis faciant mentionem. *textus est expressus in c. ex multiplici. vbi glos. de decim. & ibi communiter Canonistæ. Ioan. Andr. nu. 4. in fin. Hostien. num. 6. & Abbas. num. 5. & 6.*

Imo cum pactum, de quo agitur sit posterius priuilegio, illi per pactum censetur derogatum, *cap. 1. de pact. lib. 6. vbi Anchar. n. 2. versic. quarto nota. Francus num. 4. Archid. num. 7.*

Et ex hoc etiam tollitur, quod dicitur de constitutionibus synodalibus Cæsaraugustanis quib⁹ dispenitur vt bona cõmissata, soluto laudemio, debeant iterum in emphiteosim concedi: quia omisso, quod de istis constitutionibus nõ constat, illæ non faciunt contra D. Archidiaconum: Tum quia ista bona commissata numquam fuerunt concessa Religioso Collegio, & sic non habent locum prædictæ constitutiones, quæ præsupponunt illos, qui ceciderunt, fuisse semel inuestitos, vt apparet ex illa dictione, Iterum, quæ accipitur pro secunda vice, & est repetitiua eiusdem actus, *l. cum quæstio. §. sed, & aliam ff. de leg. vbi Alex. num. 2. Paul. de Castr. in l. filio quẽ pater. nu. 8. ff. de liber. & posthum.* Tum etiam quia illę loquuntur in personis capacibus, non autem in incapacibus, quales sunt Religiosi & personæ priuilegiatæ.

Postremo non obstat illa prætensio, quod etiam si alienatio esset nulla, saltem debeatur æstimatio: Quia cum per pactum expressum de non alienando in personam Religiosam fuerit adempta Marchionissę testamenti factio in casu alienationis, & legatum factum fuerit de re, cuius Dominiũ morte testatoris ob defectum legitimi successoris expirabat, & consequenter fuerit inutile, *vt est textus expressus in l. quod in rerum. §. si vsumfructum. vbi glos. in verb. inutile ff. de leg. 1. & in l. vxor patrui. C. de legat. & vtrobique communiter Doctores*, consequenter nec debetur eius æstimatio, cum de legato inutili nõ debeatur æstimatio, testator enim faciendo inutile legatum, non præsumitur habuisse intentionem, vt æstimatio daretur. *Ita in terminis Iason in dicta. l. 2. num. 209. C. de iur. emphit. & sequuntur Doctores in dicta. l. vxor patrui. C. de. leg. vbi Bartolus num. 1. Paul. de Cast. nu. 3. & firmat. Bart. in d. l. quod in rerum. §. vsumfructum. ff. de leg. 1.*

Et dato sine veri pręiuditio, quod æstimatio deberetur, ea nõ ab Archidiacono, aut Charitaterio, sed ab hręede Marchionissæ est pręstãda. *l. nõ dubium. §. fin ff. de leg. 3. §. nõ solũ Institution. eod. glos. in l. cũ alienam. in verbo. peti. C. de leg.*

Butrius cōsil. 23. n. 6. versi. cōclusio.

Quod attinet ad secundum caput, deuolutio non potest excusari, quia trita est regula quod ob cessationē solutionis canonis, emphiteota perdit ius, quod habet: Vnde cum Marchionissa vltimo loco vocata ex pacto in inuestitura apposito annuatim deberet soluere canonem, & per triennium cessauerit a solutione, intrat proculdubio caducitas. *cap. propter sterilitatem. §. verum. cap potuit. vbi gloss. in verbo. per biennium. de locat. ap. hoc ius. §. qui rem. x. q. 2. authen. qui rem. C. de Sacros. Ecclesi. l. 2. C. de iur. emphit.*

Et quod cessans in solutione per triennium, cum deberet soluere annuatim canonē, cadat ab emphiteosi, etiam per non solutionē vnius nummi, tradunt *Bald. in l. cum allegas. nume. 22 C. de vsur. Iason. in l. 2. C. de iur. emphit. nu. 53. Alexander. consil. 105 nu. 19 lib 3. Cumanus consil. 164. in principio. Barbatia. consi. 40 dub. 2. num. 10. lib. 1. Idem. Baldus. consil. 290. li. 2.*

Quod adeo verum est in emphiteosi ecclesiastica, vt talis emphiteota non soluens canonē possit statim expelli. *glos. est notabilis in dict. cap. hoc ius. §. qui rem. in verb. per bieniū. x. q. 2. argū. c. peruenit. & c. querelā. de iure iur.*

Non obstat, quod viuente Marchionissa, quę defecit in solutione, non fuerit declarata caducitas, quasi quod post mortem illius nō potuerit declarari. *Cumanus cōsil. 164 nu. 2.* quia cum agentes D. Archidiaconi ignorauerint incursā fuisse caducitatem, donec intellexerūt bona emphiteotica relicta fuisse Collegio (quod post mortem Marchionissæ contigit) & tunc statim declarauerint incursam caducitatem, non potest ex eo argui remissio caducitatis, cum ius declarandi deuolutionem transeat etiā contra successorem, & hæredem, quoties dominus directus ignorabat, locum fuisse caducitati, & quā do interuenit breuitas temporis, quæ etiam in hoc casu adfuit. *Ripa. qui testatur de communi in l. 1. nu. 105. C. de reuocan. donat. Bursatus consil. 91. nu. 5 lib. 1. vbi. innumeros. allegat. Berous. consil. 116. num. 13. lib. 1. Cacheranus. decis. Pedemontan. 29 nu. 13. Casadorus. decis. 2. nu. 7. de locato. Boetius. decis. 338. nu. 7. paulo ante finem. Ruinus consil. 70. nu. 14. lib. 5. Aretin. consil. 14. in fine. versic. sed remanet.*

Et pro ignorantia ad fauorem domini directi præsumitur. *l. verius. ff. de probationibus. l. final. ff. pro socio. Alexander. consil. 165 nu 4. lib. 3. Aretinus dicto consil. 70. n. 14. lib. 5. Antonius de Butrio cōsil. 91. 22. Bursatus consil. 91. nu. 1. lib. Hondedeus. consil. 51. lib. 1. n. 31. Corbulus. tractat. de Emphit. tit. de caus. priuat. ob. non solut. canon. ampliat. 45. num. 26.*

Minus obstat, quod procurator Archidiaconi sæpius fuerit requisitus pro parte Marchionissę ad dādam apocham solutionis, & quod Marchionissa diceret se paratam soluere, quasi quod ex istis oblationibus excusetur.

Quia respondetur de istis non constare, & quatenus constaret, illæ non sufficiunt ad excusandum quia cum fuerint tantum verbales, & procurator Archidiaconi non recusauerit accipere, non excusant a caducitate. *Natta consil. 3.*

consil.3. nu. 4. versic. ista tamē. li. 1. Alexander. dict. consil.105. nu.11. lib.3. & consil.21. nu.7. lib.1. Bartolus in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de nou. oper. nunciat.

Ex eo autem apparet oblationes Marchionissæ fuisse tantum verbales, quia nunquam fuit oblatum pretium, & numeratum, sed tantum dicebat, se paratam soluere, quod non sufficit. *Alex. in l. si seruus. versic. puto. concludendū. ff. de vulg. & pupil. Tiraquellus qui alios refert de retract. cōuent. §.4. gloss.6. num.19. & 20.*

Nec refert quod procurator arrēdatoris Archidiaconatus postea fecerit apocham solutionis, quia cum illa fuerit facta post acceptatam deuolutionem, non potuit procurator ille non habēs ad hoc speciale mandatum, remittere caducitatem, recipiendo canonem præteriti temporis. *Berous. consil. 116. nu.10. lib.1. Ruin. consil.100. num.9. in fin. lib.5. Afflict. decis. 129. num.10. & sequen. Paris. consil. 86. num.17. lib.4.*

Quod maxime procedit in hoc casu, in quo Archidiaconus nec habuit ratam receptionem, nec factū talis procuratoris approbauit, quo casu non censetur per receptionem factam a procuratore remissa caducitas iam acceptata. *arg. l. contra. §. fin. de pac. Decius. cons. 329. num.3. vers. ad hoc. Ruin. cons. 151. num. 12. & sequent. lib.1. Hippolitus Riminaldus cons.22. n.11.*

Postremo quod attinet ad tertium caput caducitatis, ex illo quoque videtur inducta, quia cum in Inuestitura prohiberetur emphiteota dictam villam, & bona diuidere in partes, vendere, aut testamento relinquere, expresse Marchionissa contrauenit, legando partem Iacobo Garces. Vnde cecidit in commissum. Nam vltra quod venit contra pactum in Inuestitura expressum, quod sub pæna caducitatis erat obseruandum in diuisione. *d. l.2. C. de Iur. emphit. vbi. Bartholus. in princ. nu.2. Bald. in l.3. C. eod. tit. nu.1. Bero. cons.122. lib.1. Honded. d. cons.51. nu.37.* de Iure etiam volunt aliqui Doctores quod emphiteota alienans partem bonorum emphiteoticorum, non faciendo mentionem emphiteosis, prout in hoc casu, cadat à tota emphiteosi. *Ias. ex mente Baldi in l.3. nu. 135. C. de Iure emphit. & videtur esse textus in l. quidam Iure. §. donationē vbi Cumanus n.2. ff. de donat. Alex. cons.105. nu.24. lib.3. & cons. 98. nume.27. lib.5. idem Cumanus. cons.41. Rodoanus de rebus Eccles. non alienan. tit. de modo soluend. canonem. nu.1. & 2.*

Nec facit quod regulariter diuisio nō sit prohibita, quia illud verū est, quādo fit diuisio inter comprehēsos in Inuestitura. *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. n.24. ff. de verb. oblig. Ias. in l fin. n.114. C. de Iur. emphit. Gozad. cons.20. n.9.*

Secus tamen est quando fit in extraneum, quia tunc fit deterior cōditio Domini directi, cum extraneus, & maxime Ecclesia nec directū Dñum in Dñum recognoscere nec ei actione personali teneatur *de cōmuni Ias. in d. l. fin. n.14. vers. & ita se habet cōmunis & tradit. Bar. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres.*

 nu.24.

num.24 ff. de verb. oblig. Clarus in §. emphiteosis. quaest. 14. vers. cum enim Dominus.

Minus refert quod Marchionissa possideret alia bona in dicta villa de Mareca, quasi quod voluerit ea legare, & non alia emphiteotica: nã dicitur primo non constare ipsam talia bona possedisse.

Rursus dicitur ex inuestiturae tenore id non esse verisimile cum simpliciter fuerit concessa villa de Mareca cum praedijs, montibus, Iurisdictione, & omnibus Iuribus, adiacentijs, &c. quae omnia comprae hendunt. *Decius in l. omnia nu. 2. vers. omne de pluribus ff. si cert. petat. Idem cons. 36. num. 4. & fuit dictum in vna Romana pecuniaria die 21. Februarij. 1600.* & verbum *cum adiacentijs* esse generale valde, & multum importare tradit *Fabian. de Monte tract. de empt. & vend. 6. quaest. principali. nu. 8. & multis sequentibus.*

Quare, &c.

Paulus Æmilius Costa.

CAESARAVGVSTANA BONORVM, SIVE EMPHITEOSIS DE MARECA.

Iuris.

BONA, de quibus agitur, sunt deuoluta ad Ecclesiam Cæsaraugustanã, quia in illorum concessione facta ad perpetuam emphiteosim, adest pactum expressum, quod non possint alienari, nec testamento relinqui lampadæ, neque alteri personæ potenti, seu priuilegiatę, quę pactio sinedubio, vti valida seruanda est *Spec. in tit. de locat.* §. *nunc aliqua. num.* 142. *quæst.* 116. *Ias. in l. fin. n.* 91. C. *de iure emph. Alb. consil.* 194. *numer.* 2. & 3.

Vnde cũ Marchionissa de Mõcayo eius testamento in dictis bonis substituerit Collegium Societatis Iesu, quod habet Ecclesiam cum lampade, & est persona priuilegiata, vt per se patet, & sic contrauenerit dictæ conuentioni, intrat caducitas, nedum ex dicto pacto, sed etiam ex dispositione iuris communis, quia emphiteosis Ecclesiastica non potest alienari personis prohibitis quales sunt Ecclesia, potentiores, & similes; cum conditio Domini deterior efficiatur *glos. in c. potuit. in verb. prohibentur. extra: locat. vbi Io. An. vers. in glos. sed quæ Specul. vbi supra. Salic. in d. l. fin. n.* 14. *Ias. ibid. n.* 90. *in fin.* 95. 97. *Natta cõsil.* 491. *n.* 3. *Siluestrina in verb. emphiteosis.* §. 21. & *seq. Tabien.* §. 10. *Angel.* §. 21. *Clarus.* §. *emphiteosis. q.* 22. *Rodo. de reb. Eccl. non alien. quæst.* 79. *c.* 9. *n.* 3. *cum seq* Corbul.. *de caus. priuat. ob alieni: req. domino fact. ampliat.* 12. *nu.* 1. *cum seq.*

Nec dicatur relictum substineri quoad hoc, vt Rectori, & Collegio debeatur æstimatio dictorum bonorum, vel saltem illa vendere teneatur intra annum *secundũ Specul. vbi supra nu.* 143.

Primo, quia ista non procedunt stãte supradicto pacto deuolutiuo expresse adiecto in dicta cõcessione, quod non possit fieri alienatio supradictis personis sub pœna caducita-

ducitatis; cum enim sequuta dispositione ad ipsorum fouorem, bona ipso iure reuertantur ad dominū directum, propter dictum pactum. *Ruin. cons.* 143. *num.* 10. *vbi de cōmuni lib.* 1. *Alba. d. cons.* 194. *n.* 4. *Emanuel Soarez receptarum sententiarū in verb. emphiteosis n.* 75.

Sequitur, quod nulla posit præ tendi æstimatio, quia si non potest deberi res ipsa, minus debebitur illuius pretium loco rei, prout si relinquatur res feudalis, quæ est inalienabilis sine Principis consensu, ac propterea non dicitur in cōmuni commercio, sicut non debeatur dictæ rei legatum, ita nec illius æstimatio est præstanda, contra *Specul. vbi sup. consuluerunt Paris. cons.* 7. *nu.* 13. *cum. plurib. seq. vol.* 1. *Soc. Iun. cons.* 74. *nu.* 16. *vers. sed tamen hoc cum plurib. seq. vol.* 1. *cum alijs de quibus Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 118. *nu.* 6. *vers.* 2. *fuit opinio. Michael Gras. §. legatum. quæst.* 14. *nu.* 22. *vers. cōtrariū vero. & tenuit Rota in vna Romana hæreditatis* 29. *Iunij.* 1592. *corā R. P. D. Millino.*

Et in his terminis, quod stante dicto pacto, per quod ab initio impeditur acquisitio & dispositio dictorum bonorū emphiteoticorū, quod nec debeatur illorum æstimatio, nec habeat locum dictū *Specul. vbi. sup. consuluit d. Siluester Aldobr. consil.* 40. *n.* 9. *in fin. Bursat. consil.* 199. *n.* 45. *in fin. & n.* 49 *versic. Tertio Doctores vol.* 1.

Secundo respondetur, neq. obstare dictū *Specul. vbi supra.* quia illud non procedit in emphiteosi Ecclesiastica, de qua agitur, cū isto casu ab Ecclesia nō posit peti ęstimatio, sed illa ab hærede sit præstanda. *Bursat. d. consil.* 199. *n.* 44. *versic.* 2. *negatur. & n.* 45. 46. 47. *versi. respondendo, & versi non obstat. Mich. Gras. post. alios in d. §. legatum. d. q.* 14. *in fin.*

Tertio respondetur, quod dum dicitur deberi æstimationem, istud procedit in legato, seu fideicōmisso particulari, in quo datur hæres grauatus, qui tenetur emere, vel prætium soluere legatario, secus in vtili hæredis institutione, seu substitutione, prout in hoc casu, cū eadem persona non posit dici honorata, & onerata simul, Soc. *Iun. d. consil.* 74 *nu.* 25. *vers. tertio. respondetur. lib.* 1. *Aldob. d. cons.* 40. *n.* 10 *vers. ad quod etiam Bursat. d. cons.* 199. *num.* 43. *vers. quinto.*

Præterea in eodem supradicto pacto prohibitæ alienationis dictorum bonorum prohibetur quoq. in specie illorum diuisio in partes, quod pactum est etiam conforme dispositioni iuris communis. *l. communi diuidundo. vbi Bal. Alber. C. communi diuid. Pereg. de iur. fisci. lib.* 6. *n.* 50. Vnde cū Marchionissa legauerit vnum campum dicto Iacobo, & sic diuiserit dicta bona, dicitur incidisse in commissum ex cōtrauentione d. pacti: pacta enim, quæ inferuntur in contractu emphiteotico debent obseruari, *Dec. consil.* 328. *num.* 3. *in fi. Crauet. consil.* 294. *n.* 7. *versic. vndecimo. Afflict. dec.* 80. *nu.* 3. *& decis.* 85. *n.* 5. *Caputaq. decis,* 59. *fuit data lib.* 2.

Et illa non adimplens cadit a iure suo emphiteotico *Bal. in l. fi. § fin. cir.*

fin.cir.fin.C.commun. de legat. & *in l. vnica.n.1.C.de cad. tollen.* Iaſ. *in l.1.nu.11. C.de iur. emph. Ruin. conſ.110.num.1.vol.1.Bero.conſ.117. nu.6.vol.1.Dec.conſ.6. nu.24.Bar ſat.conſ.253.nu.11.* & *12. vol. 3. Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 22. nu. 10. Rodo.de reb. Eccleſ. nõ alien.q.79 cap.12.de caducit. ob.in obſeruant. pactorum. num.12.* Corbul.*de cauſa priuat. in obſer. pactorum. nu.1.* & *2. Creſcent. deciſ.195.*

Immo veniens aduerſus pacta dicitur delictum committere, per quod emphiteota nocet aliis ſequẽtibus comprӕhenſis in inueſtitura. *Bal.in l.1. ad fin. ff. de inter.* & *releg. Ruin. conſil. 167. ad finem. vol.1.Gozad.conſil.75.n.2.* & *conſil.46.nu.13.vbi citat.* Salic.*in. l.2. n.22.C.de iur.emph.* qui id ampliat procedere, ſiue emphiteoſis incipiat in eius perſonam, ſiue non,& ita ſiue fuerit primus auctor: ſiue non, quos etiam ſequitur *Rimi-nal.* Iun. *conſil.22.n.6.lib.1.*

Neque obſtat ſi exaduerſo dicatur, quod ſupradictus campus legatus non ſit de bonis comprӕhenſis in conceſsione,ſed proprius dictӕ Marchioniſſӕ, quia ſatis eſt, quod fuerit facta dicta conceſsio bonorum Villӕ de Mareca cum ſuis pertinentijs,& quod fuerit legatus vnus campus ex terris dicti loci ad hoc, vt dicatur de comprӕhenſis in dicta inueſtitura, quamuis enim quӕlibet res prӕſumatur libera, tamen quando conſtat in genere, quod aliquis habet bona emphiteotica alicuius Eccleſiӕ, vel alterius,neque apparet quӕ ſint iſta bona Eccleſiӕ, omnia prӕſumuntur emphiteotica niſi contrarium exaduerſo probetur. *Specul. de locat.vbi ſup.§. nūc. aliqua n.79 q.62.Iaſ. in l.2.n.173.C.de iur. emphit.Soc.conſ.167.nu.20.verſ.circa quartam. cum ſeq. vol.1. Ruin. conſil.50.nu.14.vol.1. Rolan. conſ. 66.nu.5.cū.ſeq. vol.3. Siluan. conſ. 57.nu.25. Natta.conſ.3.nu. 7. Alciat.de prӕſumpt.reg.2.prӕſumpt. 3. n.4.verſ.fallit. Menoch.de prӕſumpt.lib.3.prӕſumpt. 91. nu. 47. tenuit Rota in vna Papien.bonorū 27. Nouembris 1596. coram R.P. D. Decano.*

Poſtremo dominium vtile dictorum bonorum eſt conſolidatū cum directo ob nõ ſolutum canonẽ tẽpore conuento, adeſt enim pactum, quod cum debeat ſolui quolibet anno, alioquin dicta bona cadant in commiſſum, quo caſu ſi emphiteota iurauit ſoluere canonem ſingulis annis, non ſoluens cadit a contractu, etiã ſi per annum ceſſet. *Bal.in c. quӕrelã. de Iur.iur. per tex. in l. ſi quis maior. vbi poſt alios Cagnol.nu.37. C. de tranſact. Gozad.conſ. 69. numer.9.* & *conſ. 57.n.10.* & *19. vbi de cõmuni Rolan. conſ.77.n.18. vol.1. Memorab. Cottӕ in verb. emphiteota. Marſil.ſingul.226.Gabr.de tranſact. cõcluſ.1.nu.41. Viuius. opin.239. vbi reprobat.Clar.contra tenentẽ. Corbul.de cauſ.priuat.ob non ſol. canõ ampliat.40.Caſſad. deciſ.2.n.2.de Iur.iur. Caputaq. deciſ.182.* & *deciſ.300. par.1. in impreſ. Rota diuerſ.deciſ.3.n.1.par.2.*

Et quamuis nõ fuerit facta declaratio deuolutionis viuẽte Marchioniſſa,tamẽ ſatis eſt, quod poſt eius obitū,habita notitia,fuerat acceptata caducitas ab agentibus Dñi Archidiaconi, ius enim declarãdi

bona esse deuoluta ob non solutum canonem, tunc non transit contra hæredes emphiteotæ, quando viuente emphiteota dominus habuit scientiam, & spatium conquerendi, nec conquestus fuit, secus, si ignorauit, prout in hoc casu *Ripa in l. fin. num.* 237. C. *de reuoc. donat. Alex. cons.* 189. *nu.* 7. *vol. Aret. cons.* 14. *nu.* 20. *Ruin. cons.* 70. *ante num.* 14. *volum.* 5. *Bursat. cons.* 91. *num* 5. *&* 21. *volum.* 1. *Gabriel. de malefic. concl.* 35. *nu.* 4. *&* 6. *Corbul. de caus. priuat. ob non solut. canon. ampliat.* 45. *num.* 25. *vbi de communi. Pedemon. decis.* 29. *num.* 13.

Ignorãtia autem caducitatis vltra quod in dubio præsumitur. *Corbul. vbi sup. num.* 26. Illa adest in hoc casu, in quo canones non exigebantur a domino Archidiacono, sed a procuratore affictuarij omnium redditum Archidiaconatus, scientia enim procuratoris non nocet domino. *Ripa in l. quod te. numer.* 60. *ff. si cert. pet. Alex. consil.* 193. *nu.* 2. *lib.* 2.

Ex quibus, &c.

Ludouicus Albertonius Aduocatus.